Tu supbū potētē deponis de sede exaltando humilē. Tecū sᷓt omēs diuitię & gł̄ia. te diligētes diligis. q ad te puro corde uigilāt te īuenivt. qm̄ cū simplicib₃ & rectis corde gradieris. Tu solus an̄ om̄e pncipiū erās & finis & pncipiū. tu solus sine pncipio & tp̄re eternalr a deo pr̄e genitus. ó q̄ beati q te diligūt: q aliud q̄ te nō desiderāt: q te assidue cogitāt: q te digne comedūt: q tecū manētes uias tuas oī tp̄re custodiūt. Certe q te inueīvt uitā inueniūt & hauriūt salutē intermi nabilē. ó esca admirabilis & stupēda, delectabilis ac iocūda, tutissima ac sup oīa p optāda: in qua tot sūt īnouata signa & mirabilia īmutata ī qua om̄e hēt delectamtū. q̄ & īaudita tua liberalitas & ad oīu₃ grā⁊ deuenim⁹ incremtū. q̄ supabūdātissima ac pdiga largitas: ut tui nominē exortē facias nisi ad te uenire cōtemnat. Si qs g° paruulus ē secure ad te ueniat & te comedēs fiat magnus & relinquēs semitas infantię puias ambulabit prudētię. Si qs debilis ē ad te declin& & penitus fi& fortis. Si qs infirmus sanabit. Si quis mortuus ē & audire uolūt, uitā interminabilē apphēd&. S₃ q magnus ē & fortis nec hic te deserat, nā semp abundātes in te īuenī& in quo pascat. Nemo certe sine te uiuē pōt ad momtū. Tu solus uitā das oīb₃ creaturis. Idcirco defiat cor meū & caro mea deus cordis mei & pars mea, deus in secula. In te solū delectat cor meū & exultat aīā mea. Tiᵒ soli adherē cupit mens mea: qm̄ q se elongāt a te peribūt. Tu aūt dn̄e ne longe facias auxiliū tuū a me s₃ tuā ad me aurē misicordię inclina. Te edat pauper & inops & satiet, & tunc uiuēs collaudabit te. ó lux inuisibilis & inextiguibilis & omīa uere illuminās ceco huic secus uiā miserē mei filij dauid clamāti uisum tbue quo te uideā. ppitius esto q̄so dn̄e huic peccatori ut sis mihi īadiutoriū & ī locū refugij saluū me faciēs Et tūc si ambulē ī medio umbrę mortis nō timebo mala, qm̄ tu mecū eris mortuus. En pie Iesu iaceo exurge & resuscita me & cōfitebor tibi, eger & infirmus sum: cui nulla ē ampli⁹ in carne sanitas, nudus affligor frigore, diues es, indue me, fame in hac solitudine pereo. Cibus es satia me. Sicio, salubre poculū es, inebria me īfixus sum ī limo profundi & nō ē sbā. Veni ī altitudinē maris & tēpestas dimersit me. Laboraui clamās, raucę facte sᷓt fauces meę. Iam intrauerūt aquę usq₃ ad aīa₃ meā. Educ me de laqo isto, ptector meus, gubernator meus firmamtū meū & refugiū meū, dux meus, rex meus & dn̄s meus, ī cui⁹ cōmēdo manib₃ spū₃ meū: quē ī crucis stipite redimisti, cui uitā & misicōdiā tbuisti. Respice dn̄e humilitatē meā. Ne cōcludas me ī manus inimici. hodie tecū ingrediar locū tabernaculi adirabilis ut ihītē₃ ī domo tua ī longitudinē die⁊ ī seculū seculi.

De mo quo mortuus ē B. Hier. Et de singulari claritate q̄ apparuit i ei⁹ morte

His finitis uir domini glosus sacrū dnī corpus suscipiens ad t̄rā supin⁹ rediit. Dein manus in modū crucis sup̄ pectus tenens, simeonis prophe uaticiniū decantauit. Quo finito subito cunctis q̄ aderāt cernētib tanta in loco in quo iacebat lux effulsit ut instar solis radij splēdor quorulib& uibrar& oculos, ne posset uirū glosum aliquatr intueri. qua q̄ luce ad horā pmanētiū circūstātiū quidā i agmen angelo4 ibidē uiderunt undiq3 discurrētiū ut scintille in arundineto solent. qdam uero angelos nō uiderūt: s3 uocē lapsam celitus audierūt sic dicētē, veni dilecte mi. tpus ē n ut mercedē accipias p laborib quos mei cā supportasti. qdā tn̄ nec uiderūt angelos nec hanc audierūt uocē. s3 tn̄ cū his sit a bt̄o hieronymo illa finita uocē, hec audierūt uerba. Ecce adte uenio pie Iesu, suscipe me quē tuo redēpasti sanguine. Tunc subito illa lux disparuit, & illa aiā scissima tanq̄ sydus oīb uirtutib radiās carnis resoluto ceno, celo4 regna adijt glosa: In qb iam certe tanq̄ luminare cōspicuū renitet splendore beatitudīs īfinito, & multo4 coruscatione prodigio4. qm̄ nō pōt abscondi ciuitas sup̄ mōtē posita: n̄ uoluit deus ut ī morte ipi⁹ later& scitas, cui⁹ uita scitatis cā fuerat & salutis toti⁹ eccle militātis. Tantus deniq3 illa & credēte scissima aiā odor subsequut⁹ ē p dies nō modicos ut nulla forte talē recōdet etas: S3 certe dignū erat: ut illi⁹ merita odoris pāpuj clareret iuditio: q ad unitatē fidei intemerate mēbra fetida suo4 uerbo4 odore euacuauerat.

Quō horā sui exitus 7 aīe Dn̄s miraculose ōndit Cyrillo patarce Ierosolomitano.

Hora nanq3 carissimi p̄res & dn̄i hui⁹ trāsitus glosi, diei erat ultīā in qua qd ut sui athlete pius dn̄s gliā demōstrar&, & omib qui ī eccle domo hitāt pferr& clarū lumen. hoc mō Cyrillo epō trāsitū glosi hieronymi ip̄e dn̄s reuelauit. Cū iā dcā hora Cyrillus ep̄us deuotus ī sua cellula orōnib insister&, sursū spū raptus, uelut ī extasi factus, subito a quodā monasterio ī quo uir scissimus migrauerat, usq3 ad celū uidit iter: cui tanta erat pulchritudo & admiratio: ut sicut eodē testātē postmodū cognouim⁹, stupore uelut amens effectus huc illucq3 admirās sui paulisp credebat obliuisci. In hac siqdē mētis anxietate eleuauit oculos, et ecce angelo4 maxima a monasterio societas ueniebat altnatim melodia4 & mellifluo4 cantuū uocib cōcinentiū: quorum uidebat celū & t̄ra, & oiā q̄ eo4 cōtinet ambitu undiq3 resonare. Ferebāt & singuli angello4 singulos manib accēsos cereos, quo4 claritas solis repellebat lumen. S3 qd addat admiratiōi admiratio, ad celos ūtēs cyrillus oculos, nō minorē angello4 cernit nu3 modo simili isti, obuiam uenientiū: q hui⁹ rei anxius expectat euentū. interogasset qd qd hoc eēt: s3 ita eū stupor oppsserat q quid dicē nesciebat. At illo diutius expectāte

gl'osam uidit hieronymi aīaꝫ, ꝑ cunctis q ꝑibant angelis & q sequebant̃
mira decoratā pulchritudīe uenientē, ad cui' erat dextrā saluator cum
ea pariter ueniendo; que qdem ī loco, quo cyrillus iacebat gradū figēs
& stans, ei talr̃ locuta est. agnoscis ne me? Ad quē ille, minime qdem.
qs .n. es q tanto ceteris honore emines. Et illa de hieronymo si unq̃ fuit
tibi cogn̄tio. At ille, certe quē nōias singulo affectu diligo caritatis. Sed
q̄so ille es. Et illa ei' sum aīa, que gl'am iam obtineo quā sperabā. Ad
meos ꝑgito filios, & que uidisti nūtia ut a fletu desināt & meo statui
congaudeāt: quē adeptus sum. Qbꝫ oībꝫ finitis oīs illa beata uisio
ab ei' euanuit oculis, et fuit ī semetipm̄ reuersus ineffabili gaudio ꝑ
abundans, ita tn̄ q ꝑ totā noctē nō se a lacrimis potuit ꝑ nimia letitia
cōtinē. Q̃ ergo mirabilis ē dn̄s ī scīs suis, mirabilis ī maiestate
faciēs ꝓdigia. Dextera dn̄i fecit uirtutē, Dextera dn̄i exaltauit eū, notā
faciēs in ꝑplis uirtutē ei'. o diuini amoris īmēsitas. o diuine largiti-
onis affluentia. Qd .n. isti suo potuit facē & honoris filio & gratie &
nō fecit: cū tam copiosa & ī uita & in morte erga eū fuit diuina mu-
nificētia. Dedit .n. ei dn̄s claritatē et̃nam & noīe et̃no hereditauit
illū & fecit illū heredē gaudiorꝫ supnorꝫ in qbꝫ ꝑmanebit in secula. Q̃
singularis honor & admirāda gl'ia excedēs pene aliorꝫ gl'iaꝫ sanctorꝫ
& honorē, ubi nō solū illā scīssimā aīaꝫ omnes celestes comitantur
cohortes: sꝫ & ipē ꝓpius saluator. Nec .n. solū in celo fulget insigniis
dign̄tatū illa btā aīa: sꝫ & corpus suū sanctissimū nō cessat signis ra-
diare & miraculis. Ad cui' nārationē cōgruū ē redire. Defuncto namqꝫ
ut dictū ē uiro sanctissimo hora cōplectorii corpus illud tantis flā-
gans aromatibꝫ custodientes, totā illā ī somnē ducētes noctē circa
eū ī magnis siqdem ꝓ dāno qd cunctis euenerat, fletibꝫ, ꝓ sua quam
obtinuerat gl'ia gaudiis uigilauimus. Mane aūt facto diuinis pactis
(ut cōdecebat) misteriis, debitisqꝫ obseqiis honore debito cōsumatis in
bethlē iuxta ꝑsepe, in quo ꝓ nobis Christus de intemerata uirgine
ibidē natus infans uagiit, corpus sacratissimū sacci tn̄ cohoptum
lintheo int̃ra ut ordinauerat sepelliuimus. Quātis aūt ipa die & q̄
ad pn̄s miraculis gl'osis mirificauit dn̄s scūꝫ suū filiū hieronymum.
certe nō forꝫ enarrare sufficiēs lingua carnis. Sꝫ tn̄ aliq̃ de multis
ne nr̄ nimis ꝓlonget' sermo referā.

Quidā a natiuitate cecus in ipō sepulture sue die uidendi bene-
ficiū, corpus tangens obtinuit. Cuidā & iuueni surdo &
muto scīssimū corpus obsculanti subito auris & lingue ligamine &
loq̄ndi & audiendi gr̄a ē cōcessa. Et certe dignū erat ut q cecitatis
uere lucis que xp̄s ē in tenebris obcecatus suis scīssimis doct̃nis & ex̃ṡ
illuminauerat, Surdis q̊qꝫ & mutis in diuinis opibꝫ uerā exercuerat

medelam: ut & diuina intelligant documenta, & catholice fidei cõfiteãt'
rõnes quas spnebãt: in sui obitus die gloriosi: & cecis lum̄ tbuer& corporalẽ,
et mutis & surdis cõcederet sanitatẽ. Q̃ plurimi ut asserunt q uiderunt
a nephãdis spĩb; obumbrati: in loco in quo scũ corpus qescat clamãtib;
diris uocib; demonib;: scẽ hieronyme cur nos tam isequeris. Tu semp
flagellũ nr̃u; fuisti & uiuus & nũc mortuus, sic mirabiliter liberati.
Hereticus qdam dum p̃dictũ beatũ hieronymũ blasfemar&: et ei' corp'
fore dignũ incẽdio dicẽt. ultione diuina ad alio; hereticor; formi
dinẽ ĩ ligni spẽm ẽ mutatus, & subito cunctis cernẽtib; q aderãt, ignis
celitus eum inuasit: ac cũ taliter cõbuxit, q totus ẽ ĩ cinerem cõuersus.
Ad hec magna multitudo hereticor;, quom tãtã ei' sctitatẽ aduerteret
p experientiã & aduersitatẽ sacre fidei tantis & tot aptis signor; iudicijs
tanq qbusdã clamãtib; p̃conib; uocaret' ad ipi' sacratissime & interme-
rate fidei lumen redierũt. Qd plura dicã? certe ĩgnãtioẽ & gnatio;
uix anũtiare que p illũ deus om̃dẽ uoluit, ut magnificar& eũ &
colẽdũ exhiber& uniuersis, q̃ magnus certe est iste, tot facies miracula
cui certe nõ ẽ similis scdm opa magna sua: Magnalia de hoc p mũdũ
resonẽt uniũsum: sui gl'osi exiliat triũphi fama ĩ omẽ; t̃ra;, & ad
extrema t̃ra; spatia rutilent sua lucida signa. Iam tantor; multi
tudine miracular; cõroborat' intemerata fides. quot .n. infirmis
in integrũ sanitatẽ cõcesserit poptatã enũare crederet' in ĩmensu;
& tẽpus & uita & oĩs humanus deficer& sensus. Si uellẽ oĩa inda-
gare que opatus ẽ ĩ dieb; nr̃is: que aurib; nr̃is audiuim' nec sunt
occultata a filijs hõmũ. Letet' itaq; totus fideliũ cetus, & cãticũ
letitie & exultationis deo cõcrepet alta uoce q exeis p filijs stella mi-
cans in celi firmamẽto. Cui' lucis fulgentes radij eos dirigũt ĩ celeste;
patria; adeundã. Istius certe uita sanctissima ẽ oĩb; disciplina. Mores sui
sic oĩu; fideliũ institũta. Adsint hodie sacre m̃ris eccle; & pro tãti
filij recessu pie lacrime & p tanta ei' gl'ia ineffabile gaudiũ. Liceat g'
instar pie m̃ris & pias lamẽtationes impendẽ, quom tanto se cernit
p̃uatã filio, uiduatã uiro, destituta pugile & capitaneo, incisã pal-
mitẽ quã in agro fidei plantauit & coluit. Non mihi q̃so ĩputet'
filio tãto orbato p̃re, si p̃ dolore dãni tam inextimabilis, ea referã
que nõ dece&. Sepe nanq; ex nimia cordis abundantia plura hõ loqt'
que nõ uellet. Quid ẽu carissimi p̃res & dñi nũc uobis referã q nõ
dece& circũquaq; pgens pspiciẽdo ut si forte meũ: quẽ dira mors abs-
tulit inuenirẽ p̃rẽm hieronymũ, & nõ inuenio quẽ diligit aĩa mea
cui' amore langueo. Tedet aĩa; meã uite mee: qm̃ ablata ẽ a me uita
mea & excussus sum sicut locusta, & exaruit uirtus mea, & lum̃ oculor;
meor; extĩctũ est, quale amplius mihi gaudiũ erit ĩ mũdo: cũ lumen

meū uidē nō possim. obscuratus ē n. mihi sol meus & luna nō stat
ī ordine suo. ouis cū lupis quid facie& pastoris puata munimine. Quo
uiq& arbor radice detrūcata. quid heu fecisti dira mors: cur patrē
recipiēs, filiū tam mēdicū roibꝫ bonis exulē dimisisti? o mors crudelis
nō illi sꝫ mihi & pené toti eccl̄e quē subripuisti atheletā? cur nō distulisti
eū recipe, quare aliq̄tulū nō uertisti faciē tuā ab eo? Scis qd fecisti nūqd nō
cōsiderasti quē tā uelociter a nobis subripuisti q nō sit ei ī mūdo similis ī
uirtute & doctrina & scitate. hic certe p̄nceps pacis: dux iustitie, doctor
ueritatis & eqtatis, armiger ītemerate fidei, cōtra hereticos bellator fortis
cuius sagitta nūq̄ abijt retrorsū, nec declinauit ī bello clipeus ei, & eius nūq̄
auersa ē hasta. Inclita xp̄ianoꝝ plebs flete, qm cecidit dux nr̄. vox ī
rama son& tanti filij recessū. pie plor& eccl̄a. iā circūdabūt eā canes
multi & cōsiliū malignātiū obsidebūt eā: qm longe fc̄s ē ab ea auxiliator
eius. iā ad suā nō aspicit defensionē. iā tribulatio pxima ē, et nō ē q adiuu&
iā ī sepulcro iac& ptector solitus, nō certe resurg& aduersus malignātes
ī eā. Id circo clama ī cinere & cilitio & planctu pia mater: induē uiduitatis
uestes tāto uiduata filio. Heu uaticinabūtur pseudo pph̄e & pphetabunt
uisiones mēdaces & fraudulentas diuinationes & seductiōes sui cordis ī
nobis & certe nō erit q resistat eis. Siccatus ē n. fons uite & uena dispa-
ruit aquaꝝ uiuētiū. Sed & tu qd dices carissime pr̄ Damase, vbi quem
plus diligebas ē hieronymus vbi tui norma itineris, cōsiliator, ductor
& doctor, quo abijt tuus: qn q̄so scribes ei. Sine tuo sum carissime hierony-
me cōsilio ueluti abscisū sine corpore mēbꝝ. Scribe scribe q̄so, ne pi-
grteris ūt si tua locoꝝ distantia poptata careo uisione, saltem tua
mihi adsit memoria frequēs, tuis lr̄is gratiosis (teste deo) in nullo
uiuētiū ut ī te mei spei firmaui ancorā. Deducāt oculi tui lacrimas
p die & nocte: qm defecit ancora spei tue. arruit scribētis manus
tanq̄ flos feni. iam nō erit tibi amplius memoria. vox sua certe dul-
cis q auribꝫ fideliū erat mel dulcissimū, siluit. Heu qualē amisisti
cōsiliatorē & adiutorē. certe iā ī multitudīe cōsilioꝝ tuoꝝ defecisti.
Nō erit q tibi frāgat panē uite. extīcta ē lucerna ī medio eccl̄ie mi-
cans, ut nō nobis, sꝫ sibi luceat, nō mūdo sꝫ celo splēdeat. qd ergo dicā?
cui cōquerar vnde ī hoc mihi ueni& auxiliū ut cōsoler. Certe ut ī-
tueor a dn̄o fc̄m ē illud, & iō sibi dicā. Cur bone Iesu tā uelociter a
tua sponsa: quā in cruce moriēs dispōsasti tm̄ abstulisti filiū & pro-
tectorē, & cōtra eius hostes belligerū forte uoluisti ee tecū. Certe dn̄e
nō eo egebas, ut ipa bn̄ qdem ei subuenisti: sꝫ nos orfanos reliqsti. Non
cōqueror q aliud q̄ iustū feceris & equū: qm certe iā merebatur finem
īponē huius uite laboribꝫ: & tecū ee. Sꝫ doleo q tantū dānū incurrit
eccl̄a eo abeunte. ut eum redderes ut tuā regeret stabilire& & defē-

der& ecclãz ut p̃us. qd bone dñe eĩ deinceps faciẽt filij acẽtes/exuriẽtes/
circũeũtes famelici ciuitatẽ ut canes nõ hñtes q eis panẽ frangãt. Sunt
oues errãtes nõ hñtes pastorẽ/discipuli sine doctore/ceci sine ductore.
heu pie hieronyme nrẽ sustẽtationis baculũ ubi es. qd tuus facie& currus
sine te dulcis auriga. ubi cubas. iudica nobis cur es nũc t̃re fotius:
q inte nũq̃ uoluisti ẽẽ t̃renũ. bethelẽ bethlẽ ciuitas iuda quẽ nõ mi-
norẽ de p̃ncipib; retines ecclẽe: qd fecisti redde nobis quẽ retines prẽz.
Sz & tu terra aurãudes retinẽ hoiez nõ tuũ: q nil gessit t̃renũ/nil carnale/
Certe sua redoluit caro. Suspẽde & tu piissime Theodoni tua ĩ salici-
b; organa. nõ p̃us cesset fletus/q̃ tui dilectissimi hieronymi recõderis/
quẽ amasti. Tanta deniq; tibi sit doloris affectio/q̃ta extitit dilectio. tã-
ta sit lamẽtatio/q̃tũ dãnũ. Sz q posset mortaliũ lingua explicare/q̃ta
eo supstite aderat toti ecclẽ utilitas: q̃ta christianoꝝ singulis salubritas/
q̃tũ certamẽ/q̃ta q; heretichoꝝ destrutio ac dissipatio. hic certe oĩb;
christicolis amabilis erat & decorus in uita sua. Idõ eĩ recessũ singulis
flere lic&: nec ẽ q se excusare possit. Ne igr̃ nr̃ nimis ptrahat̃ sermo/
ut breuiter cõcludã: q p nrõ dãno ad dolorẽ ptin&. ut q ex illo pueniebat
oĩb; utilitas & exultatio explicari nõ põt: ita & dolor & lamẽtatio. Cesset
ḡo dolor/abeat tristitia: qb; tñ attingẽ nõ possum9 q uellem9: q nõ soluz
nullũ adhibẽt remediũ dolori: sz augẽt. Si prẽz nrũz diligim9 eĩ le-
titia gaudeam9. nõ uere diligit q tñ suã utilitatẽ diligit. Idcirco &
si p ea q nobis euenit inutilitas dolemus/& pro eis q recepit gaudijs
collet̃emur. Adsit ḡo nobis hodie cũ magnẽ letitiẽ. Cantet qlib& nrũz
nouũ deo canticũ: sonorib; iubil& uocib; mater ecclĩa. Himnis & cõ-
fessionib; plaudat hodie plebs catholica. undiq; iocundet̃ christiana cõ-
tio. hodie certe obtinuit hieronymus qd tanto extuabat desiderio: hodie
deuictis hostib; securũ obtinuit triũphũ. Certe oĩb; expletis laborib; re-
gem possid& sine fine. Iam nõ exuri&. neq; sitiet amplius/neq; cadet sup illũ
sol/neq; ullus extus. ablata ẽ ab oculis eĩ oĩs lacrima. abijt eĩ luctus/iã certe
ibi dolor deinceps nõ erit. Iam cerde mercedẽ hẽt pqua toto tpr̃e suẽ ui-
tẽ laborauit. Consolemur ḡo. demus magñcẽtiã deo nrõ/qm̃ dei pfecta st̃
opa/& oĩs uiẽ eĩ iudicia. Confiteamur dño & collaudem9 deũ saluatorẽ
nrũz/qm̃ nõ derelĩqt sanctũ suũ sine adiutorio in tribulationib;/quẽ ĩ
agone hui9 uitẽ miserrimẽ illũ circũdederũt: sz adiutor & ptector
suus f̃cus ẽ/& liberauit corpus suũ a pditione/a laqueo linguẽ iniquẽ
& a labijs opantiũ mendatiũ/& eũ sublimiter collocauit infra pr̃is mã-
siones/ubi omẽ ẽ gaudiũ/oĩs suauitas/omẽ qd desiderari põt. ubi fe-
lix & gl̃osa ẽ pfectio aĩaꝝ post labores & erũnas/ubi dulcis solẽnitas ange-
loꝝ/ubi una societas & caritas ẽ oĩuz ciuiũ supnoꝝ. ibi certe neminẽ
timor ul̃ dolor cõcipit. ibi nulla penitus agnoscit̃ angustia/tribulatio aut

aduersitas. nulla ibi infirmitas nominatur. Nemo ibi de suo fraudatur de-
siderio. procul ibi distat mors. nulla ibi prorsus presentis glorie expectatur mino-
ratio sed augumentum., cum omnium erit uniuersalis resurrectio mortuorum: ubi tunc
corpus cuiuslibet beatorum simul cum anima predictam gloriam fine interminabili posside-
bit. Quis autem angelorum uel hominum quanta sit minor particula gaudiorum et glorie que
ibi sunt esset sufficiens enarrare. Quis esset intellectus ad hoc intelligendum idoneus
que nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Certe si hec
quanta sint gaudia consideretur, terrena omnia uiliora omni stercore apparebunt. Si
hec temporalis uita illi comparetur quelibet hominum extinguetur, quam citius poterit ardesceret
ut illius capax efficiatur. hec uita caduca et momentanea respectu illius mors
est dicenda. Omnis mundi fallax et uana letitia pondus est amarissimum et grauis
sarcina. hanc igitur sarcinam deponens hieronymus sanctissimus optimam illam ele-
git partem: que ab eo nullo tempore auferetur. Rogo gaudete, exultate, cantate
psallite quia pater noster gloriosissimus nauim plenam celestibus diuitiis et eternis mer-
cibus iam concupito in littore collocauit, Ancoram spei tranquille iam instantie
firmauit. Iam certe brauium obtinet: pro quo in agone huius seculi ab omnibus
se illicitis abstinendo cucurrit. Iam uictor de suis hostibus triumphauit,
cum quibus scuto timoris domini munitus dimicauit uiriliter. Iam denarium re-
cepit, pro quo tanto labore in uinea sancte ecclesie laborauit. Iam talentum domino red-
didit duplicatum pro cuius mercede in gaudium domini meruit introire. propter hoc
gaudens gaudebo dilecto patri meo cantabo canticum nouum ut sit laus eius in
ecclesia sanctorum. Ecce dilectus pater meus candidus speciosissimus electus ex mi-
litibus in quo nulla est macula. pascitur inter lilia in uinea domini sabaoth. Ecce
flos campi et rosa nimio fragrans odore, de orto nuper ecclesie in uiridarium
domini est transplantata. Ecce cipressus in celi altitudinem se extollit ad insulas
longe diuulgatur nomen suum ut in eternum sit memoria eius in benedictione. Ex-
ultate igitur carissimi patres et domini letamini et laudate quia decet laudare
dominum: qui mirabilem se dederat in sanctis suis. Letetur totus orbis terrarum. Eru-
bescant fallaces heretici et iam se noscant ad nihilum peruenisse. Certe non
est mortuus ut extimant sui hostes sed certe uictor regnat intra uiuentium.
Iam certe eius fulget claritas per eterna pallatia iam ueteribus armis fra-
gilibus depositis noua induit ac perpetua. Hodie undique sancta sit in populo
christiano letitia. Exultet precipue sancta mater ecclesia: cuius hodie gloriosus
filius et cultor amator et propugnator precipuus omnibus extirpans here-
ticis dogmatibus cum suis fallacibus doctoribus et auctoribus de agro fi-
dei catholice et doctrinis sacratissimis et perfulgidis signis ac prodigiis ut
sol relucet inter agmina beatorum. Vale igitur Hieronyme gloriose nostri
semper faciens apud deum memoriam: ut tua ualeamus piissima inter-
cessione in presenti ab omnibus protegi nociuis et in futuro gaudia que iam
tu possides adipisci. Finit .xi. kal. nouembris 1467.

.D. S. ET. V. M.
ET. B. H.
LAVS

Beatissimi Augustini ep̄i ipon̄ēsis ad Cyrillum sanctū pontificē & confessorē & patriarcā Ierosolomitanū de magnificentijs eximii doctoris Sanctissimi Hieronymi ꝑ

GLORIOSISSIMI christiane fidei athelete: sc̄e m̄ris ecc̄lie lapidis angularis: in quo admodū firmata cōsistit: nūc u̅o ĩ celesti ḡlia syderis radiātis olim Hieronymi p̄sbiteri laudes. Venerabilis p̄r Cyrille silendū ne putas ut lingua balbutientis pueri: ut uirū pollutū labijs me fore locutū reris. Celi enārāt ḡliā dei & oīa q̄ fecit dn̄s cū ĩ scīs suis laudant. Silē debꝫ r̄onalis creatura a laude dei inr̄onabili nō silente. Tacerē aut loquar: quom si tacerē lapidibꝫ iubet clamare. Certe loquar & nō tacebo totis nixibꝫ eximiū laudare hieronymū: q̄ quis & indignus & insufficiēs laudator existam: quom nō sit pulcra laus ĩ ore peccoris. tamē ab eīdē laudibꝫ minime cessabo. Firmet̃ itaqꝫ manus nr̄a, palato nō hereat: qm̄ certe magn⁹ ē uir scīssim⁹ mirabilis & metuēdus sup oēs, q̄ ĩ circuitu nr̄o st̄. Magnus certe ĩ uitę excellētissimę scītate. Magnus ineffabilis sapię p̄funditate. Magnus ĩ maiori nūc ḡlie q̄titate. Mirabilis ĩ p̄digijs ĩsuetis. Metuendus obsidi a dn̄o tradita p̄tatē. Q̄ magnus itaqꝫ sit iste ḡlosissim⁹ hieronym⁹ ĩ suę uitę excellētissimę scītate, patefacēt lingua mea, quom pene cūctoꝝ. nō sufficeret linque mortaliū ut ei⁹ magnitudinē explicarēt. Liceat ḡ dici. alter hic elias, alter hic samuel, alt̃ hic Ioānes baptista uitę excellētissime scītate. Elias & Ioānes heremitę magnis ciboꝝ & uestiū asp̄itatibꝫ carnē macerarūt. Nō minoris uitę hieronymus ḡlosus heremita q̄dē p quadriēniū ĩ heremo feraꝝ tm̄ sotius p̄stitit. Qnquaginta annis ut venerabilis Eusebij eiusdem p̄dilectissimi discipuli lr̄ę, quas p̄die recepi plení & melius fatebant̃. & ut me certi⁹ tu idē nosti, uinū & sicerā nō gustauit. ab omni esu carniū & & piscīū ita se abstinuit ut uix ea noīare uolebat. Cocti q̄d nō nisi ĩ ultima egritudīe bis comedit. Cilicino sacco ueluti carnē ethiopis macerās, desup panno uilissimo se tegebat. Stratū aliud nūq̄ nisi t̄rā sciuit. nō nisi semel fructibꝫ aut herbaꝝ radicibꝫ pastus in die. post uespas se orōnibꝫ p̄bebat & usqꝫ horā scdāꝫ noctis cōtinuo uigilabat. post modū somno fessus ĩ t̄raꝫ dormiēs usqꝫ ad noctē mediā q̄escebat, qua q̄d cōtinue surgens hora lectiōibꝫ & scripturis scīssimis: qbꝫ tota radiat ecc̄lia uti lapidibꝫ p̄tiosis intentus usqꝫ ad esus horā p̄durabat. Ita leuissima flebat uenialia pecca: ut qs extimass& hoīeꝫ intermisse. Ter ĩ die carnē diris uerberibꝫ flagellabat, ita ut ei⁹ corpore riuuli sanguīs effluebat. Omē uerbū ociosū ut pestē maximā fugiebat. Sibi ociū nullū erat, Semp .n. aut sacris

lectionib; aut scribēdo aut docēdo cunctos excitabat. qd plura loquar? si
sanctoꝝ singuloꝝ uitas pquirerē: co ut puto maiorē neminē īuenirem.
Sed q2 sapiꝰ samuelem nōiauimꝰ, hūc fuisse samuelē ondamꝰ. Hic cēte
ille samuel q de uariis lraꝝ studijs uerberib; euocat, sacrę scripturę
misterio deputat: In cuiꝰ uultus lumīe diuina glia influēte utriusq;
testamti uidimꝰ lumē. In cuiꝰ brachij fortitudinē hereticoꝝ pars maxª
ē dispsa. Hic certe glia uirtutis nrę trāsferēs utrūq; testamtū & exe-
breoꝝ lingua ingrecam peritus & latinā, disponēs q3 ipm posteris ī
ętnū enigmata & obscura dubia & nodosa declarās. pparās officioꝝ
seriem cūctis ecctię ministris, totā pene ecctiā edificauit. Vn̄ bene
appar& magnus ī sapię inestabilis pfunditate. Liberales aūt sciās ita
pfecte sciuit: q in relatione eius nullus sibi similis adhuc apparet.
I e scripturis uō sacris uti multaꝝ suaꝝ eplaꝝ, quas ad me direxit
experientia didici, equalē sibi neminē noui. Ebraicoꝝ, grecorum,
caldeoꝝ, psaꝝ, medoꝝ, arabicoꝝ, & pene oīū nationū linguas
& lrās sciuit, tāq̄ si ī eis fuiss& educatus & natus. qd plura dicam?
q̄ hieronymꝰ ignorauit ī nā nullus unq̄ hoīū sciuit. Non me
ista uenerabilis pr̄ dicē existimes: ut putē te hieronymi uitā &
uirtutes peꝛ me scire: quom sibi sotius extiteris multo tempore.
Sed testor deū q ob tam ipiꝰ estabilis uiri scītatē, si uoluisse tacē,
nō potuissem. Contitēt mirabilia & scītatē & ipi celi ī qb; magnus
maioris glię q̄ntate q̄ multoꝝ scōꝝ hitātū sine fine. Nulli itaq;
dubiū ē infra pris mānsiones ipm unā ex maiorib; & sblimioribus
sedib; obtinē: quom .n. hō ībidē scdm opa pmiet, & iste pfectioris
uitę pene extiterit: clare pat& ipm unū de maiorib; & sblimioib;
celestis ierlm ciuib; fore. Quod ut a nobis plenꝰ & certꝰ credat ī mū-
do pcūctis, quoꝝ nr̄a recordat etas: ualde mirabilis appar& pdigiis
insuetis & miraculis īfinitis: quoꝝ mihi aliq̄ Venerabilis Eusebius
suis lrīs declarauit. De ceťis uō pdigiis quę quotidie ibi fiūt mi-
rabilr: ut cōtinue intelligo relatib; plurimoꝝ, auidus paudire, tibi
ipi carissime pr̄ supplico, ut mihi ī breui uolumīe, quęcūq; potis
uera & utilia miracula collecta, q̄ citius facultas aderit eidē scīssi
hieronymi trāsmittē nō deneges. Sed ut merita scīssimi hierony
mi nō lateāt. qd erga me diuina annuente clemētia ī ipō sui obitus
die aduenerit, enarrabo. Eodē n. die & hora quo exutus putre-
dinis & īmūditię carnis toga hieronymus scīssimus uestimētū ppe-
tuę īmortalitatis īextimabilis glię & īextimabilis letitię induit,
Dū hpone ī cellula mea qescens & auide cogitās quales inessent
aīab; beatoꝝ, q̄ cū xp̄o gaudeāt, glię & letitiaꝝ q̄ntas. Cupiēs inde
ex hac mea breuē cōponē tractatū, pcib; impulsus nostri Seueri

quondā uenerabilis martini epi turron̄ discipuli, carta calamo
pugillari ĩ manib; suscepti s breue uellē scribē epiam scīssimo hiero-
nymo destinādā: ut qcqd ex hoc sentire rn̄der& · Sciebā.n. in tam
difficili qone a nullo alio uiuentiū me posse doceri euidētius · Cūq;
iā scribem salutatiōis exordiū hieronymo ꝑnotarē, ineffabile subito
lumē nr̄is inuisum tp̄rib; nr̄isq; linguis minime declaradū, cum
ineffabili inaudita q; odorū omī fragrātia, cellula ĩ qua stabā, ĩtrauit.
hora iā cōpletorij · quo ĩ me uiso stupore admiratiōe q; commotus,
aĩ & mēbroꝝ uirtutes repēte amisi · Nesciebā & eniz tūc q dextra
dei mirabilis exaltauerat; seruū suū notas faciēs ĩ ppl̄is uirtutes suas · ne-
sciebā &.n. q deus antiquę miseratiōis suū fidelē a carnis ĩmūditiis
dissoluisse&, & tā sublimē ei in celo ꝑparasse& sedē. nesciebā certe ĩuestiga-
biles uias dn̄i · nesciebā thesauros infinitę sapię & sciē dei · Secreta & occul-
ta dei iudicia nō agnoscebā: qm̄ quos uult facit sua ineffabili misericōdia
ad sui agnitionē uenire: quos aūt uocat, ꝑdestinat, iustificat & beatifi-
cat put decernit cōuenire · Itaq; talē oculi mei nunꝗ prospexerāt lucē.
talē olfatus meus odorē nō senserat: tam nouis, tam miris, tam in
auditis obstupebā · Inter hec aūt meis in me ꝑstrepētib; cogitationib;
qd hoc eēt de luce · hec dicēs uerba vox exiuit. augustine augustine
qd q̄ris. putasne breui ĩmittē uasculo mare totū, breui includē pu-
gillo terraꝝ orbē, celū firmare ne usitatos exerceat motus: q oculus nllis
hoīnū uidē potuit tuus uidebit. q auris nulla ꝑ sonū hauserit, haurie&
tua. q cor hoīnū nullatenꝰ intellexit extimas te posse intelligē? infi-
nitę rei qs inerit finis · im̄ensa qua mēsura metieris · Potius mare totū
in artissimo claudet uasculo, potiꝰ terraꝝ orbē paruus tener& pugillus.
potius a motu cōtinuo celū desisteret, q gaudioꝝ & glię qb; beatorū
aię sine fine potiūt minorē intelligeres pticulā, nisi uti ego expiētia
docereris. discurre adhuc breue spatiū tp̄ris, impossibilia facē ne co-
neris, donec tuus impleat uitę cursus. hic nō queras: q nō alibi nisi quo
tā feliciter ꝓpero, inueniri pn̄t · Hic satage talia excē opa ut postmodū
ibi q hic aliq̄lr intelligē cupis totalr in etnū hēas. inde q intrāt nul-
latenus exeūt · Ad hoc ego pauore stupēs, admiratione tā inuisa
pene amens, omī q̄si uigore carēs, his uerbis aliqualē sumens audaciā
tremebunda uoce dixi · Fas ut for& mihi, qs tam felix ēs, tā gliosus
tam honorifice ad illa ꝓperās gaudia: q tam dulcia eloqa gutturi meo
faris, nō ambigerē · At ille nom̄ meū queris inqt. hieronymi illiꝰ pr̄sbiteri
cui trāsmittendā eplā iā scribens incepisti, sum aīa, quę hac ĩ hora, ĩ bethe-
lem iude carnis onere deposito, christo, omiq; celesti comitata cohorte
om̄i decorata pulchritudine, om̄i illustrata splēdore, illo induta ĩmorta-
litatis deaurato uestimēto, circiamicta oīuz bonoꝝ & gaudioꝝ. uarietate

terrenoꝝ oīum triūphatix, omī diademate coronata, & oī bītudīe & fe-
licitate uallata, tam gl'ose tam īeffabilr ꝑgo ad regna celoꝝ sine fine mā-
sura. nullū eñ. expecto glīe defectū sʒ augumētū qn̄ iteꝝ iungar corpori
glorificādo & nō morituro sʒ gliaʒ quā nūc solā hēo, hīturo s. ī illa uniuse
carnis resurrectiōis die. Tunc ego aīi ampli'ime collectis uirib; ꝑgau-
dio a' lacrimis nō cessans sic r̄ndi. Vtinā uiroꝝ eximie tui mererer
fieri pedisequus. sʒ q̄so tui fuuli q̄q̄ uilissimi: quē dilexisti ī mūdo nimia
caritatis affectiōe recorderis ut tuis intuentiōib; a peccis emūder. tua
gubernatiōe recto calle inoffenso pede ꝑcedā. tuis defensiōib; assiduis
ab inimicis mihi cōtinue insidiantib; ꝓtegar: tuoq; scō ducatu salutis at-
tingā portū. placeret ut uoluntati tue ad aliq̄ mihi int'roganti r̄ndere.
At illa qd optas dicito, me oī uoluntati tue r̄nsurā sciens. Vellē inquaʒ
intelligē vtꝝ btoꝝ aīe, q̄dā uelle possīt, q̄ obtinē nequant. At illa unū
Augustine scieris q' scoꝝ aīe ita ī illa et'na glia ī deo st̄ solidate & firmate
q' nulla eis inest uoluntas alia nisi dei, qd nihil aliud uelle p̄nt, nisi q̄ deus
uult, iō q̄ uolūt obtinē p̄nt. et̄ n. q̄cūq; uolūt & deus uult & adimplet.
nemo q̄ppe n̄r̄uʒ suis fraudat desideriis, qm̄ nihil ꝑter deū aliqs nostrū
optat. Et qm̄ semp ut uolum' deū hēm' n̄rā semp desideria st̄ plenissime
adimpleta. Longe q̄dem carissime p̄r cyrille uerboꝝ texeret series.
si oīa q̄ mihi gliosa illa aīa ꝑscrutāti patefecit. Spero. n. q' bethelē ad tā-
tas uisitandas reliqas ꝑmittēte deo ueniā nō post multos annoꝝ circu-
culos: ubi tūc que audiui & in scriptis tradidi uidebis ꝑspicacitor. ꝑtrib;
itaq; horis gliosissima illa aīa ibidē mecū manēs, t'nitatis scīssime uni-
tatē & unitatis trinitatē, filii a' p̄re gn̄atione, spūs scī a' p̄re & filio pro-
cessionē angelicas ierarchias & ordines & eoꝝ btoꝝ spirituū misteria,
btaꝝ & aīaꝝ gaudia felicia & alia utilia & grauia humanis intellec-
tib;, q̄ subtilr, q̄ euidenter, q̄ mirabilr & delectabilr mihi auido patefe-
cerit, si oīum linguis loquerer, nō explicarē sermone. Deīn a' meis
oculis lux illa disparuit. sʒ multis postmodū dieb; ineffabilis odoꝝ sua-
uitas mansit. Q̄ g° mirabilis est iste faciēs tot mirabilia tot & tanta
hoīb; insueta ꝓdigia. Ad ip̄m g° ore clamem' & exultem' demusq; gliaʒ
laudi ei', qm̄ certe dignus ē oī laude, nec sum' sufficiētes laudare. In-
troiuit. n. ī domo dn̄i candidus & pulcherrim' ubi sine dubio de sub-
limiorib; & p̄clariorib; soliū glīe obtinet: quod ut iteꝝ ueritatis lum̄
pateat ꝑtrib; testib; q̄ uniu censui qd sup̄dictus seuerus n̄r uir doct'-
na & sapīa pollēs cū trib; aliis ī ip̄o die & hora obitus hieronymi ī
turonēsi ciuitate uiderit mee adherē uisioni, de quo qd mihi solū-
mō ip̄emet ꝑdie ad me ueniēs fuit testis. Volens itaq; deus ut sbli-
mis hieronymi glia mūdū nō lateret, ueluti scītas sblimis & pene cū-
ctoꝝ uiuētiū excellētissima nō latebat, ne illi q' scītatis delectabat

sequi uestigia hiturũ p̃miũ ignorãtes aliqñ a sc̃itatis deuiaret tramite.
Et ut & in aliis sibi tot & tanta elargiri cernẽtes p̃mia illi⁹ sc̃itatis & uir-
tutis inhereret uestigiis. Minuit .n. pondus laboris p̃mioꝝ spes. Die
& hora qua idẽ gl̃osus hieronymus feliciter expirauit elanguẽdam
sibi gl̃iaꝫ Seuero & t̃bus aliis cũ eo stantibꝫ taliter declarauit. hora nãqꝫ
cõpletorii die illo ĩ domo sua Seuerus cũ tribꝫ uiris catholicis: quoꝝ duo
monasterii quõdã uenerabilis Martini erãt monaci, ĩ diuinis degẽs
lectionibꝫ: in cęlo in ethere terraqꝫ cantuũ suauissimoꝝ ĩauditoꝝ
& ineffabiliũ & incredibiliũ audierũt repente infinitas uoces, or-
ganoꝝ, timpanoꝝ, & psalterioꝝ & totius simphonię & instrum-
toꝝ sonos, qbꝫ cęlum & t̃ra & oĩa ut sibi uidebat̃ undiqꝫ resonabãt:
quoꝝ suauitatibꝫ eoꝝ aĩę pene a corporibꝫ exalabãt. Stupefacti illico
illi oẽs eleuãtes oculos ad cęlũ, totũ ether & oĩa quę eoꝝ cõtinẽt am-
bitu quãdã uiderũt lucẽ septies solis luce p̃clariorẽ clarescere, ex q̃
oĩuꝫ odoꝝ aromata erũpebãt. Hęc illi tam mirãda cernẽtes deum
exorarũt p̃cibꝫ: ut eos cur talia fierẽt, nõ lateret. qbꝫ uox de cęlo ueniens,
ista dixit: nulla uos moueat admiratio, nil uobis uideat̃ mirabile si ta-
lia & auditis & uidetis. Hodie .n. rex regũ & dñs dñantiũ Christ⁹ dñs
exeunti de hoc neq̃ seculo aĩę gl̃iosissimi hieronymi p̃sbiteri ĩ bethe-
lem iudę cõmorãtis totus festinus obuiã uenit: ut eã p̃cęl̃sis honori-
ficẽti⁹ & sublimi⁹ ad sua introducat regna. q̃to p̃cęl̃sis sublimioris san-
ctioris uitę meritis fulgꝫ. Hodie oĩuꝫ angeloꝝ ordines exultãtes &
talibꝫ uocibꝫ alt̃natiꝫ cõcinẽtes suũ sonãt dñm. Hodie oĩuꝫ patriarchaꝝ
& pphaꝝ coetus. Hodie apl̃oꝝ & discipuloꝝ chorus. Hodie omnes
sc̃i martires. Hodie cõfessores. Hodie gl̃iosa dei genitrix sc̃is omnibꝫ
cõmitata uirginibꝫ. Hodie oĩuꝫ btõꝝ aĩę letabundę suo occurrũt
cõpatrioti & ciui. His auditis uox soluit. Sꝫ tñ lux & cantus & odor
p horã posmodũ p̃durãtes cessauerũt. Itaqꝫ liqdo patꝫ, ipm̃ de sublimi-
oribꝫ & maioribꝫ ciuibꝫ fore. quo & mirabilis & magn⁹ ẽ & q̃ me-
tuẽdus sup oẽs pene sc̃õs ob sibi traditã p̃tatẽ. nulli sit qd dubium
ita p̃cęl̃sis quę uult posse ipm̃ assequi: sicut p̃cęl̃sis sua uolũtas diui-
ne magis coherꝫ. Nullus uõ me tantę audatię putet, ut faciã ipꝫ ma-
iorẽ Ioanne baptista: quo (teste saluatore) nullus maior surrexit. pe-
tro & paulo & aliis .xii. apl̃is q ab ip̃o xp̃o electi & sc̃ificati sũt, p̃stan-
tiũ gl̃ia. Sꝫ tñ & si phibeat rõ ipm̃ illis maiorẽ obtinẽ gl̃iaꝫ in cęli regno,
aliquẽ audẽ dicẽ, tñ nullas uideo rõnes, cur sit nephas dicẽ eq̃lẽ illis
ĩ gl̃ia fore hieronymũ, dũ illis ĩ uitę sc̃itate discors nõ fuit, cũ nõ sit
acceptor p̃sonaꝝ deus: singuloꝝ merita decernẽs & reddẽs unicuiqꝫ qd
meruit. At si cui uideatur minorẽ Ioãne & apl̃is hieronymũ gl̃iaꝫ ob-
tinẽ, parũ uideat̃ ipm̃ minorẽ obtinẽ: quom et si illius sc̃itatis merita,

illi' laboris grauia, illi scripturę uerissime trãslatiõis utriq; testamti,
officiorũ q; fructus pspicaciter cernat paulo minus fore, nil ipm ab eis-
dẽ ĩ glia discordẽ, ut uerũ testor deũ puto iudicabit. Porro ne aliqb
deridẽs laqueũ iniicẽ uidear dũ ioãni & aptis ĩ sctitate & glia equalẽ
ẽẽ hieronymũ scissimũ, fatear. Unũ qd nõdũ quatur explens dieb;
ĩ uisione uidi, enarrabo ut ueritas nõ lateat. Et ne qs meas laudes
retexẽ credat uel amore carnali: quo hõ a ueritatis cogitone maxe
deuiat, vl' uesanę mẽtis impitia, vl' alia quacũq; cã uelit. Sz hoc nõ am-
bigãt ne minime ab hoĩe ĩtellexisse sz p reuelatiõz, qua ds omnipotens
suos exaltat scos, & exaltãdo magficat. Quarta pheũte nocte mihi
auide cogitanti, qd laudis, qd ue debitę reuerẽtię & magficentię hie-
ronymi ĩ breui retexerẽ epta, mõstrauit hoc mõ. Dum itaq; ut
dixi disponẽs hãc tibi eptaz scribẽ, cogitarẽ aptã laudis materiam
inuenire, hora adueniẽte noctis media me somnus oppssit. Et ecce
mihi maxima affuit angelorũ multitudo. int' quos plus ĩfinito sole
erãt duo uiri fulgentes ita similes & uniformes, ut nulla ĩ eis uidẽt'
drã: qua alt' ab altero differre posset: nisi q tã serta ferebat alt' in
capite ex auro & lapidib; ptiosis, alt' uõ duo. ij duob; cãdidissimis
induti collobijs undiq; auro & gẽmis cõtextis, tãtę erãt pulchritu-
dinis ut nõ ualẽt qspiaz imaginari. Accedẽtes q; itaq; illi ambo ppe me
ĩ silẽtio paulisp steterũt. Deĩn ille q tria ferebat sta, his me uerbis fuit
allocutus. Cogitas augustine qd debeas laudis de hieronymo ĩ ueritate
pferre. Et certe diu cogitãs nõdũ nosti: sz huc ambo uenim' ut ei' tibi
gliaz indicem'. hic certe meus sotius: quẽ uides: hieronym' ipẽ ẽ: qui
sicut mihi ĩ uita & sctitate equalis fuit: ita p oĩa ĩ glia equalis ẽ: & quę
possũ & ipẽ põt, & quę uolo & ipẽ uult, cognoscit & intelligit: & sicuti
deũ uideo, & ipẽ uidet & cognoscit & intelligit. In quo oĩs nrã & sanctorũ
cõsistit beatitudo & glia. nec ht maiorẽ ul' minorẽ gliaz alt' alto sco n
in qtũ magis & minus cõtẽplant' diuinã speciẽ, siue cognoscit. Sertum
uõ tertiũ: quo illo pfero aureola martirij est: quo uitã finiui corporis:
q & si ĩ mũdo o labores & penitẽtias, erũnas, afflictiones, uerbera, con-
tumelias & hoĩu; obpbria & derisiones, & cętã ualde grauia: q ita pa-
cifice ita gaudenter ptulit pp deũ ut ĩ infirmitatib; exultaret & uerus
martir extiterit, & pmia martirij nõ amisit: tamẽ qz gaudio uitaz
nõ finiuit, aureolã quę insigũ dat' martirij talis nõ ht. Serta uõ duo
alia, q ht, aureolę st' quę solis uirginib; & doctorib; dant' ut ab aliis
discernãt'. Ad hęc, ut mihi uidebat', rñdi. qs n. es dñe mi. Et ille Io-
annes inqt baptista sum, qui huc ad te descendi: ut nũtiarẽ tibi hiero-
nymi gliaz: quatinus ipãz gentib; nũties. hoc n. noris, qz honor & reue-
rentia q singulis scorũ exhibet', cętis omnib; exhibet, nec putes ut ĩ

celo sit aliq̃ inuida ut ĩ mũdo. sicut. n. ĩ mũdo qlib& hoĩnũ cetis pesse-
magis uell& q̃ sbẽe. ita ĩ celo pp ĩeffabilẽ caritatẽ, qua se mutuo diligunt
btĩ aĩe, qlibet, scoꝝ glia gaud& sicut sua: qn & uellet qsq; maior ut
qsq; minor, sibi eẽt eq̃lis & pene maior, q2 ei9 glia eẽt sua, ita minor ma-
ioris glia gaud&, sicuti eã hẽr&, nec uell& eã hrẽ, ut ille nõ hrẽt ĩmo
potius de sua si fas eẽt impartiret. Vnde glia singuloꝝ ẽ glia cũctoꝝ &
glia cũctoꝝ ẽ glia singuloꝝ. His dictis societas illa oĩs discessit. Expge-
factus itaq; de somno tantos ĩ me subito sensi motus caritatis & ardoris
q̃tos ĩ me nũq̃ senserã. nã deinceps, hacten9 aliqualis ĩ me uel ĩuidie ul'
supbie fuit appetitus ul' cogitatio: testis ẽ. n. ds q oĩa ãnq̃ fiãt, nouit, deiñ
tãtus ĩ me extitit caritatis ardor: q plus alieno bono gaudeo q̃ meo, plus
affecto hoĩbꝫ sbẽe q̃ supẽe. Hoc idcirco dixerim ut nõ laudis acqrã fa-
mã: sꝫ ut hec qs nõ putet uana somnia fuisse: qbꝫ deludit9 mens nostra.
Sepe. n. deus abscõdita & maxĩa p somnia reserat. Magnificem9 ergo
dñm ĩ scõ suo: magĩficem9 opa sua: qm̃ pfecta sũt, nec ẽ in eis iniqtas. scꝫ
dñi hieronymi ũ pp dñm, cũ quo regnat secure magĩficem9: qm̃ ĩ uita
sua magĩfice fecit, & ĩ morte sua magĩfice recepit: quapp magnus est
ĩ medio nrĩ & sctũs & excelsus ĩ maiori nũc glie q̃titate. Mirabilis, lau-
dabilis, gliosus in pdigiis ĩuisis, ĩauditis & ĩsuetis. Metuẽdus, colendus,
& uenerãdus ob sibi a dño traditã ptatẽ, honorẽ & gliã sempit9nam.
Magĩficem9 obsecro eũ, nec taceam9: qm̃ maior ẽ oĩ laude. notas faciam9
in pplis glie sue laudes. nõ miret9 hõ, si eũ quẽ ds magĩficauit & exalta-
uit, laudem9. nõ hoĩeꝫ pigeat uenerari & coli: quẽ deus coluit & uene-
ratus ẽ. nõ put& qspiã Ioãni & aplis ĩiuriã exercẽe: qm̃ ipsi illis pstã-
re & gliã & sctitatẽ si posset, optarẽt. Glia & btitudo ei9 eoꝝ ẽ btitudo,
& eoꝝ sua, honor & laus & reuerẽtia a nobis hieronymo exhibita,
eoꝝ singulis exhibet9. Si g° cupis Ioãnẽ baptistã & aplos uenerari, simul
uenerari illũ: qm̃ illis p oĩa sĩlis & eq̃lis ẽ. Secure g° oĩni depulsa for-
midĩe Ioãni baptiste hieronymũ eq̃lẽ & nõ maiorẽ, qm̃ si maiorẽ
facierñ9 Ioãnis glie derogam9 & magis ĩiurias exercem9 q̃ laudes. Hui9
mei ĩpiti smõis opus qd ĩsufficiẽter, tñ deuote & reuerẽter expletũ
ad te Venerabilis pr̃ puro cõrde & magna aĩi deuoti affectiõe dirigo
supplicãs ut ĩgenioli mei ũbula: q̃ de mee ĩpitie paupertie ĩ laudes exi-
mii hieronymi obtuli, nõ deridẽdo sꝫ caritate debita eq̃nimiter tolle-
rãdo, legas. Et q̃ min9 debite dixi ad tãti uiri laudes, & mee ĩputes ĩpitie,
& eple breuitati & ei9 laudũ ĩmẽse ĩmẽsitati: qm̃ certe si oĩuꝫ mõtaliũ
lĩgue solũ laudes ei9 pmererẽt, min9 debito satis eẽt. Mei pctoris venera-lis
pr̃ esto memor ut dũ illo steteris loco: q̃ illud sacrũ eximii hieronymi
cadauer qescat, ei9 me ĩtuẽtiõibꝫ recomẽdes, qm̃ nulli dubiũ ẽ, q ea q̃ optat
idẽ hieronym9 pot cõtinuo obtinẽ. nõ. n. sua aliq̃lr defraudat desiderio.

ENERABILI viro epoꝝ eximio Augustino ipomē-
si p̄suli Cyrillus hierosolimitanus pontifex, oīuꝫ sacerdotu
infimus. Illius seq uestigia: cui ītr̄is sanctitas radiare nō
cessat: illi⁹ s. hieronymi glīosissimi: cui⁹ memoria erit ī bn̄dictiōe in
seculū secli: q̄ q̄tus sit & tu similit̄ nosti, ei⁹ usus maxīe colloqs & do-
ctrinis: De quo me uelle differē cū sim totus rebus & īdignus, q̄i repu
to audaciā. Sꝫ tn̄ qꝛ tua me cogit dilectio: ut tibi aliq̄ scribere de pro-
digijs hoīb, īsuetis: q̄ p illū ī dieb, nr̄is fecit dn̄s: ut eū ī mūdo celebrē
facēt & cūctis hoīb, glīosuꝫ: tn̄ tuis cōfisus orōnib, opus aggrediar
& breuilogo pstringam de multis pauca. Glīosum hui⁹ uiri obitū ui-
sionēq3 meā, nec nō & mirifica tūc tp̄ris pacta te nosse nō ambigo.
Nam uir utiq3 reuerēdus & memorie obliuioni nō dādus Eusebius
nobilis cremonēsis ei⁹ discipulus ī quo magr̄i refulsit scītas & doct̄na:
cui⁹ sapiām pbitatē & excellētiā nō ignoras: q post bienniū a nr̄e mor-
talitatis misia ereptus, suū pdilectissimū hieronymū ī celi patriā
ē secutus: ut nobis indicāt crebra miracula: de qb, & inferi ptractabo,
reuerēdo pr̄i Damaso portuēsi epo & Theodonio Romanoꝝ senatōi,
eiq3 frī Seuero pbissimo uiro, Eustochio scīssime mulieri & tibi &
multis alijs, quos sigillatim noīare nō eget, tūc tp̄ris p suas lr̄as to-
tius obitus seriē intimauit. Vnde ampli⁹ ea q̄ nosti reiterare forꝫ
supfluū & dicēdoꝝ impedimētū. His ḡ obmissis ad eīdē que nō cessāt
quotidie & cōtinue clarere miracula nr̄ se stilus uertat, ut tua po-
scit deuotio. Et pmo ab eusebio uiro scīssimo, eīdē scīssimi hieronymi
discipulo sumā initiū.

POst obitū gloriosi hieronymi, q̄dā heresis int̄ grecos secta sur-
rexit: q̄ ad latinos usq3 deuenit. que suis nefandis nitebatur
probare roīb, q aīe btoꝝ usq3 ad diē uniūsalis iudicij ī quoꝝ cōpoīb,
erāt, uetꝝ cōiūgende, uisione & cogīone diuina ī qua tota cōsistit be-
atitudo scōꝝ puabūt, & dānatoꝝ silr aīe usq3 ad diē illū nullis cru-
ciarent penis. quoꝝ ratio talis erat. Sicut aīa cū corpore peccauit uel
meruit, ita cū corpore recipi& penas uł merita p̄mia. Asserebāt &
illi⁹ secte nequissimi nullū fore purgatorij locū ī quo aīe, q̄ nōdū de-
suꝫ peccatis ī mūdo egisēt penitētiā, purgarēt̄. Qua q̄d secta pestifera
tabescente tantus ī nos dolor irruit ut nos ampli⁹ pigerꝫ uiuē: quo
meis suffraganeis cunctis epis & alijs uiris catholicis cōuocatis eis ieiu-
nia & orōnes indixi ut suā sic agitari fidē diuina nō pmittēt bonitas.
Mira res & forte huic silis nūq̄ uisa trib, expletis dieb, ieiunioꝝ &
orōnū. seq̄nti nocte glīosissim⁹ hieronymus suo pdilecto filio Eusebio

orõnib) incũbenti manifeste apparẽs benigna qʒ eũ allocutiõe con-
fortãs ei dixit. In hac secta pestifera minime formidare. quom tibi
finis iã ponẽdus erit: quẽ Eusebius nimio fulgente splendore ita ut
i eũ oculos humanꝰ aspicẽ nõ ualẽt intuitus q̃ de graui sõno euigilãs
p̃ gaudio dulces poculos fũdẽs lacrimas ita ut pene uocẽ formare
posset, q̃tũ potuit clamare cepit. patˢ meus hieronymꝰ es q̃r meã
societatẽ spnis? Certe teneã te nec dimittã, nec sine tuo quẽ dilexi-
sti filio gradieris. Ad quẽ glo͛sus hieronymꝰ. nõ te filiũ dilecti me
deserã, cõfortare. vigesimo nãqʒ die me sequeris & simul ĩ gaudio
p̃manebimꝰ sine fine. Sʒ hec Cyrillo cũctisqʒ frib) nũtia: ut die-
crastina iux̃ p̃sepe dñi ubi meũ q̃escat corpus oẽs ĩ unũ cõueniãt
tã catholici q̃ illiꝰ secte uiri. Sʒ tu triũ hoĩꝫ q̃ ĩ hac urbe st̃ defũcti
cadauera ĩhumata ĩ locũ ĩ quo meũ ẽ humatũ cõpus facias depõtari
sup quib) saccũ quo utebar pones, statim uite p̃stine redditi hãc
radicitus heresim extirpabũt: cui uale dicẽs gliosus hieronymꝰ
disparuit. Mane aũt fc̃o ad me q̃ tũc bethelem erã venerabilis
Eusebiꝰ ueniẽs, cũcta q̃ uiderat enãrauit: quo ĩmẽsas creatori grãs
agẽs & glioso hieronymo. Et oĩb) ĩ p̃dicto loco ĩ quo p nobis de
intemerata uirgine ibidẽ saluator natus ẽ, & ubi & sacratissimi
hieronymi cadauer humatũ ẽ, cõgregatis, p̃dictoꝝ defunitoꝝ ca-
dauera deferri fecit. O mira erga hoĩes dei mi̾satio: quot modis in
se sperãtes scit iuuare, q̃tis qʒ & quot honorib) suos exaltat scõs. Fiebat
interea ab illiꝰ secte cultorib) derisio, credentib) q̃ fore exinanita manꝰ
dñi. Letet̃ itaqʒ oĩꝫ fideliũ cetus & deo ĩ uoce exultatiõis psallãt: qm̃ su-
scepimꝰ mĩaꝫ ĩ medio tẽpli sui. Accedens nanqʒ vir venerabilis Eusebius ad
singuloꝝ cadauera: flexis genib), manib) qʒ ĩ celũ extẽsis cunctis audiẽtib
sic orauit. Deus cui nihil ẽ impossibile, nihil graue, inuicte fortitudĩs
& uirtutis: q̃ facis mirabilia magna solus, & nullũ ĩ te sperãtiũ spernis
nũc p̃ces tuoꝝ exaudi fideliũ: et ut tua, quã dedisti fides ĩtemerata in-
uiolata qʒ p̃secula maneat, ac & ut hoꝝ error appareat p merita &
intcessionẽ glo͛si dilecti tui hieronymi, introduc ĩ hec cadauera aĩas
quas de ipis egredi uoluisti. Qua q̃d orõne finita, singulũ sacco quo
sup carnẽ gliosus hieronymꝰ utebat̃ tangẽs cadauer, p̃tinus in eum
uite spũꝫ introduxit: q̃ hoĩes aptis oculis, oĩb) qʒ uite signis oñsis sunt
pfecte resuscitati. Et ceperũt aĩaꝝ btaꝝ gliãꝫ & peccoꝝ penas tã pura-
torij q̃ inferni clara uoce oĩb) intimare. nã ut postmodũ mihi in-
terroganti dixerũt q̃ bt̃s hieronymus eos cõduxerat secũ ĩ paradisũ,
purgatoriũ & infernũ: ut q̃ ibi agebãt̃ patefaceret uniuersis sibiqʒ di-
xerat q̃ ad corpora rediret & de p̃petratis peccis ageret penitẽtiã: qʒ ea
die & hora qua uenerabilis Eusebius migraturus erat & ipi sitr̃ morituri

erāt, ac & si bn̄ ageret, cū eo gl'iaʒ adepturi: qd & factū ē: ut īferi' declarabo. His g° peractis multitudo maxīa pplo℞ tā fideliū q̄ illi' secte defenso℞ q ad tam grande cōcurrerat spectaculū tā certū erroris inditiū & ueritatis expimētū, nec nō & btī hieronymi merita egregia cernētes magnis uocib; laudes īmēsas retuliīt creatori: q suos in se sperātes nō deserit. Et sic Augustine clarissime: pius dn̄s nauiculā sue fidei sacratissime ī hui' mūdi mari eruptuantib; malo℞ hoīu fluctib; agitari pmittit s; minime naufragari: quo qd̄ q̄so forti esto aīo uirilr age, ne formides cōtra fidei persecutores magnanim' dimicare sb umbra ala℞ tanti pr̄is: q suo℞ fideliū pces inefficaces nō sīt, dūmō tota spe & duro tiat aīo. nō ne alr nequint nr̄e exaudiri pces, nisi cū in deo nr̄a nō pfecte spes cōsistit. ul' q₂ petim' nō petēda. Ad ipm̄ g° dn̄m nō tm̄ ore s; toto corde declamem', dum affligimur: & ipē q dn̄at ī uirtute sua & nos quotidie respicit oculo pietatis nō pmittit nos temptari sup' id qd̄ possum'. S; ne nimis a ppōito meo deuius gradiar ad incepta redeā: et uenerabilis Eusebij explēs obitum prius & uiro℞ simitr triū, quos resuscitatos nosti migrationem scribēs q₂ eadē sīt hora & die quo Eusebius de mūdi hui' ualle miserie exempti, aliq̄ hieronymi miracula de multis ītroducā.

